~~1659~~ 1654

V. N. Constantino Hugenio Equiti etc.
S. P. D.
Isaacus Gruterus

'S RYKS ARCHIEF

Vir Nobilissime

Quid libri sit, et quibus industriae laudibus attollendus, Naturalis Historia,
cui Verulamius inscribitur Author, vix cuiquam reor esse perspectius quam
tibi, exquisitae in eo genere supellectilis et lectionis curioso. Ista expe-
rimentorum sylva populari dudum Anglicae tantum sermone circumfer-
ri solita, nuper quoque Latinis auditoriis oblata a fratre meo, cui nunc
inter beatos locus. Sed festinatus hinc ob causam non unam impellen-
te typographo labor in tanta argumenti late diffusi difficultate, et
interpretis aetas, varie luctata cum studiorum suorum angustiis ut se ex-
tricaret, admiserunt non pauca, secundis curis castiganda. Illas seno
aggressus est Germanus meus, et ante mortem absolvit, transiitque post
ad me emendatum exemplar, lituris passim durum sui exactores ...
soremque argumentibus. Cum vero alteram editionem meditetur typog-
phus, et primam recensitam, quae penes me est, petierit avide, su-
minandum putabi, donec consultis hinc inde lectoribus, doctorum, quae ...
aguntur, accurate gnaris, expiscer judicia, et forte notas, quae et
quomodo corrigenda videantur, conferendas cum fratris ipso animad-
versionibus, ut tanto accuratius prodeat opus argumenti in ultra no-
vaque late excurrentis, saepe latinitatis penu feliciter instructae la-
cessentia, et ad silentium redactura. Is liber si unquam tibi fuit in
manibus, et, cum nihil non habeat tuae Minervae propriusque cognitum,
observata sint quae minus recto fulta talo ambulant (in experimen-
tis praesertim Musicam et plantas spectantibus, ubi video me facta fal-
medela omni ex parte gratis) optem frui posse limatam tuis nitidae
emendationibus, in reip. literariae commodum, cum ea, quae par est,
grati animi testificatione, redundaturis. Si vero egredi videor limites
modestae spei, aut illectus tibi Romana lingua liber est, quem despe-
gno, velim hoc quicquid est interpellationis tribui nostro, in studia
videtur, etiamque per nos hic juvanda, affectui. Vale. ~~[illegible]~~ Tra-
jecti ad Mosam. 20. Maii. 1659. Ik woone hier ter huyse van
Jacob van den Heuvel secretaris van den Drost van Valken-
burg tegen over de Fransche kerk.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

BPL 2212

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5353

Nobilissimo Viro
Constantino Hugenio Equiti
Zuilichemi &c. Domino

amica manu

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5353